

X L.

Instrumentum Pacis initie inter Henricum IV. Imperatorem, & Callistum Secundum PP. in Concilio Wormacensi. (A)

(a) EGO Henricus, Dei gratia Romanorum Imperator Augustus, pro amore Dei, & sancte Romanae Ecclesiae & Domini Papae Callisti, & remedio animae meae dimitto Deo & Sanctis (b) eius Apostolis Petro & Paulo, & (c) sanctae catholicae Ecclesiae omnem investituram per annulum & baculum, & concedo in omnibus Ecclesiis (d) fieri electionem, & liberam consecrationem. Possessiones, & regalia beati Petri, quae in principio hujus discordiae usque ad hodiernam diem, sive tempore patris mei, sive etiam meo, ablata sunt, quae habeo, eidem sanctae Romanae Ecclesiae restituo, quae autem non habeo, ut restituuntur fideliter (e) juvabo. Possessiones etiam omnium aliarum Ecclesiarum, & Principum, & aliorum tam Clericorum quam laicorum (f) consilio Principum, & iustitia, quae habeo (g) ut reddantur fideliter (h) juvabo, & do veram pacem (i) Callisto, sanctae (k) Romanae Ecclesiae, & omnibus qui in parte ipsius sunt, vel fuerunt. Et in quibus sancta Romana Ecclesia auxilium postulaverit. (B)

Hac omnia acta sunt consilio & assensu Principum, quorum nomina subscripta sunt. Adalbertus Moguntinus Archiepiscopus. Fridericus Colonienfis Archiepiscopus. Otto Bambergensis Episcopus. B. Spirensis Episcopus. A. Augustensis Episcopus. G. Trajectensis Episcopus. V. Constantiensis Episcopus. E. Abbas Fuldensis. Northmannus Dux. Fridericus Dux. Bonifacius Marchio. Cynolphus Comes Palatinus. Otbertus Comes Palatinus. Berengarius Comes. Godefridus Comes Palatinus. Berengarius Comes. Godefridus Comes. Ego Fridericus Colonienfis Episcopus, & Cancellarius recognovi. (C)

EGO CALIXTUS Servus Servorum Dei dilecto filio Henrico, Dei gratia Romanorum Imperatori Augusto, concedo electiones Episcoporum, & Abbatum Theutonici Regni, quae ad Regnum pertinent, in praesentia tua fieri, absque simonia, & aliqua violentia, ut si qua inter partes discordia emerferit, Metropolitanis, & Provincialium consilio, vel iudicio, saniori parti assensum, & auxilium praebet. Electum autem rega-

(A) Chronidis loco libet referre hanc acta, quibus post multas calamitates diuque schisma, reddita tandem Ecclesiae pax est. Eruit Baronius ab Urspergenfi Abbate; quae vero notantur in margine, ex autographo in Codice Vaticano. (B) Hucusque apud Urspergensem promissio Imperatoris in Codice Vaticano: ex autographo adduntur ista, & in quibus mihi querimoniam fecerit, debitam sibi iustitiam faciam. (C) Hucusque Vaticanus Codex. Subjicitur vero promissioni Henrici, ab Urspergenfi, ejusmodi facta Imperatori concessio.

Bonaque omnia ad Mutinensium Ecclesiam spectantia confirmantur.

Cum decreto omnimode exemptionis ab omni molestia &c.

Confirmatur Decretum Urbani PP. II. ne Presbyteri, ad Parochias per Abbates Monasteriorum ele. & i. curam animarum ab Episcopi consensu suscipiant.

Solita clausula.

Callisti PP. subscriptio.

EGO CALIXTUS Ecclesiae Catholicae Episcopus.

Ex Baronio ad an. 1122.

(a) In nomine sanctae & individuae Trinitatis.

(b) Dei.

(c) sanctaeque.

(d) quae in Regno, vel Imperio meo sunt.

(e) adjuvabo.

(f) quae in guerra ista sunt commissae.

(g) reddam, quae non habeo.

(h) adjuvabo. (i) Domino. (k) sanctaeque.

HONORIUS SECUNDUS

PAPA CLXIII.

ANNO AERAE CHRISTI COM. MCXXIV.



Galiam per sceptrum a te recipiat, exceptis omnibus, quae ad Romanam Ecclesiam pertinere noscuntur; & quae ex his tibi jure debent, faciat. Ex aliis vero partibus Imperii consecratus, infra sex menses regalia per sceptrum a te recipiat. De quibus vero mihi querimoniam feceris, secundum officii mei debitum, auxilium meum praestabo. Do tibi veram pacem, & omnibus, qui in parte tua sunt, vel fuerunt tempore hujus discordiae. Data anno MCXXII. nono Calendas octobris (a).

(a) Haec Callisti Papae concessio. Extant eadem ipsa monumenta apud V. Ville-nium Malmesburiensem. Igitur vero Urspergenfis: Hujusmodi scripta atque rescripta, propter infinitam multitudinis conventum, loco campetri juxta Rhenum lecta sunt, data & accepta, postquam multimodas laudes rerum gubernatori redditis, celebratis a Domino Ottonensi divinis Sacramentis, inter quae dominum Imperatorem cum pacis officio, sanctaeque communionis plenissime reconciliavit, discessit ab omnibus cum laetitia infinita. Alterum quoque non multo post, idem in festo sancti Martini, colloquium Imperator cum Principibus, qui priori non aderant, Babenberg hausit; ubi & cunctis in sua vota concordantibus, inter multa, quae tam ad Regem, quam Sacerdoti congruebant honorem, majorum composita, Legatos proprios cum Romanis destinavit, & utroque, nuntia simul & munera ferentes honorifica Domino Apostolice Callisto, confanguineo scilicet jam sibi unitissimo, direxit. Hucusque Urspergenfis atque hic tandem durissimum certamen finis, quae per annos plurimos vi barbarica tyrannica Imperatoria contra sanctam Ecclesiam excitavit, sive armis pugnando, sive (quod acerbissimum visum est) ipsos filios Christianos, potissimum vero Romanos cives, ab ipsa diro schismate separatos, in ipsam impiam conciliandam, sive summissimos Antipapas horrenda monstra in sacrosanctam Apostolicam Sedem, Angelis reverendam, cunctisque mortalibus venerandam, tanto totius orbis scandalo, intrudendo, ut plane omnibus perspicue claresque constiterit, non fuisse humanae potentiae, tot tantoque simul in Petri naviculam concitato fluctus ad perdendam eam potuisse vitari, illique non mergi deorsum; sed sublimis majori gloria tolli, atque firmari, neque humanarum virium, nec ita tantotique simul in eandem eodem impetu flantes ventos, & portis inferi per angelos malos immissis, simul comperere; sed illius fuisse potentiae, cui mare; atque venti obediunt; simul illius virtutis, qui fluctus ad perdendum ne flant, obdurat in petram, & Petro dixit (a): Tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam, & porce inferi non prevalebunt adversus eam. Ut merito in tanta victoria triumphans Ecclesia concerneret caritatem Annæ (b): Exultavit cor meum in Domino, & exaltatum est cornu meum in Deo meo. Dilatarum est os meum super inimicos meos, quia letata sum in salutari tuo. Non est sanctus, ut sed Dominus; neque enim est alius extrate, & non est fortis sicut Deus noster. Reineruntque filii omnes prophetiarum carmen (c). Exulta, & lauda habitatio Sion, quia magnum est in medio tui Sanctus Israel.

(a) Matth. 16. (b) 1. Reg. 2. (c) Isai. 12.

Bull. Rom. Tom. II.

Lambertus, patria Bononiensis, Episcopus Velitrensis, mox Otientis, electus est, & coronatus Romanus Pontifex die 21. Decembris anni 1124. (a) Sedit in Pontificatu annos v. mensem unum, dies xxv. (b) imperantibus in Oriente Calo-Johanne, in Occidente vero Henrico IV. Imperatoribus. Fecit ordinationes in Urbe plures, quibus creavit complures Presbyterorum ac Diaconorum, & aliorum minorum Ordinum. Laterani infirmatus ad mortem, ad Monasterium sancti Andreae se deferri iussit, ibique in pace defunctus est (c) die 14. Februarii 1130. sepul-

(a) In Callisti II. vita dixi, vacasse Sedem post eius obitum dies viii. clausa obitus die: puto enim Honorium electum die 20. qui agnoscent electionem sui minus canonicè processisse, in conspectu Fratrum (ut habetur in quodam Codice Vaticano a Baronio relato) sponte Miram & Maurum refutavit, atque deposuit. Fratres tam Episcopi quam Presbyteri & Diaconi Cardinales, videntes ipsius humilitatem, prospectantes in posterum, ne in Romanam Ecclesiam aliquam inducerent novitatem, quod perperam factum fuerat, in melius reformarunt: & eundem denno advocantes, ad ejus vestigia procederunt, & tanquam Pastori suo & universali Papae consuetam obedientiam exhibuerunt, quod fortasse die sequenti vigesima quinta Decembris factum est. (b) Sic habet Johannes de Ceccano in Chronico, & Annalista Abbatiae de Margan Tom. II. Collectionis Oxoniensis: in Octavo autem ex Cathalogis, Critica Baroniana praefixis, legitur A. P. M. II. rotundo quidem computo: ceteri Cathalogi non audiendi. (c) Ut inquit Panophilus Pisanus in Vita Honorii.

B b

Bona

pultus in Basilica Salvatoris. Non vacavit Sedes.

I.

Bona Canonorum S. Vincentii Bergomen. quorum Collegium sub tutela Sedis Apostolicæ recipitur, eidem confirmantur, cum omnimoda libertate atque immunitate.

Honorius Episcopus Servus Servorum Dei, dilectis filiis Alberto Archipresbytero, & fratribus, in Matrice Bergomenfi Ecclesia sancti Vincentii canonicè viventibus, eorumque successoribus in eadem religione manentibus, in perpetuum.

Ex Chronico Tabulario edito Ughel. Ital. Sac. Tom. 19. ubi de Episcopis Bergomen.

Exardium.

Canonorum Collegium sub S. Sedis tutela recipitur.

Bonaque omnia ad illud pertinentia, confirmantur.

Cum decreto omnimodæ exemptionis ab omni perturbatione;

Et quod Episcopo nulla iurisdictio sit super istis bonis.

Solita clausula.

AD hoc in Apostolicæ Sedis regimine, disponente Deo, promoti sumus, ut inclinare iustis petitionibus debeamus; quia sicut iniusta postulationibus nullus est tribuendus effectus, ita legitima & iusta postulationum non est discedenda possessio. Quia propter vestris, in Domino filii, postulationibus clementi pietate annuimus, & beati Vincentii Ecclesiam unâ cum vestre congregationis Collegio, ac omnibus ad ipsum pertinentibus, sub tutela Apostolicæ Sedis recipimus. Per presentis igitur privilegii paginam, apostolica auctoritate statuimus, ut quæcumque bona, seu possessiones a Catholicis Episcopis, siue Religiosis Regibus Ecclesiæ vestre tradita, quæque in presentiarum jure possidet, & quæcumque in futurum, largiente Domino, iustè & canonicè poterit adipisci in Ecclesiis, oppidis, villis, & decimis, in nundinarum peditibus, siue aliis rebus, tam vobis, quam vestris successoribus regulariter viventibus firma semper, & integra conserventur. Decernimus ergo, ut quando in Canonice disciplina observantia permaneritis, nulli omnino hominum liceat eandem Ecclesiam, temerè perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; sed omnia conserventur eorum, pro quorum sustentatione, & gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Interdicimus etiam, ut nec Episcopo, nec alicui personæ facultas sit, communitatis vestre bona in proprios usus deflectere, siue in beneficium aliis dare, vel modis aliis ad præbendam fratrum, vel communi utilitate alienare; locationes vero, commutationes, vel investitiones prædiorum communi fratrum consilio pertractentur; nec huiusmodi jus ab Episcopo, vel personis quibuslibet, invadatur: salvâ tamen canonicâ Catholicorum Episcoporum Bergomen. reverentiâ. Si qua igitur in futurum ecclesiastica seculari siue persona, huius nostre confirmationis paginam sciens, contra eam temerè venire tentaverit: secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei & Domini nostri Jesu Christi Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtè ultioni subjaceat. O servantibus autem sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatinus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia æternæ pacis

percipiant, & apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen. Amen. EGO HONORIUS Catholica Eccles. Episcopus subscripsi.

Datum Laterani per manum Aymerici sanctæ Romanæ Ecclesiæ Diaconi Cardinalis, & Cancellarii, II. Kal. Martii. Indictione III. Incarnationis Dominicæ MCXXV. Pontificatus autem Domini Honorii Secundi Papæ anno primo.

Honorii PP. subscriptio

Dat. die 28. Februarii anno 1125. Pontif. ann. I.

II.

Confirmatio excommunicationis latæ in Fulconem Comitem Andegavensem.

Honorius Episcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis Clericis Turonensibus matris Ecclesiæ sancti Mauricii, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Ex Tom. I. Concil. Labbei pag. 518.

Procurium.

Sicut boni & humiles filii sunt paternæ dilectionis nexibus arctius adstringendi, ita ingrati, & inobedientes sunt rigore justitiæ coercendi.

Siquidem compertum habuimus, quod Fulco Andegavensis Comes divortium illiciti Matrimonii filie suæ, & Guillelmi filii Roberti Comitis a dilecto filio nostro J. Cardinali Presbytero, Apostolicæ Sedis legato, & ab illis fratribus nostris Coepiscopis, & sapientibus viris, accepta idoneorum probatione testium, iudicatum servare contempsit.

Fulconem mirari divortium illiciti matrimonii filie suæ legato iudicatum servare contempsit.

Præterea, quod gravius est, ut accepimus, ad B. Petri & sanctæ atque apostolicæ Romanæ Ecclesiæ injuriam, prædicti Legati nuntios, ad eum directos, capiens, & in arcta custodia per duas septimanas retinens, barbas eorum & capillos flammis exurere, & literas in conspectu hominum sub dio cremare præsumpsit.

Eumque Legati nuntios duris accepisse.

Unde Legatus idem in propria Comitis terram interdictionis, & in personam ejus excommunicationis sententiam promulgavit. Nos ergo, habito fratrum consilio, eandem usque ad condignam satisfactionem sententiam ratam habemus. Interdictum autem præcipimus observari.

Sententiam excommunicationis in terram Comitisque personam promulgatam confirmat.

Datum Laterani pridie Idus Aprilis.

Dat. die 15. Aprilis anno Dom. 1125. Pontif. ann. I.

III.

Confirmatio bonorum omnium, & privilegiorum Cluniacensis Monasterii.

Honorius Episcopus, Servus Servorum Dei, dilecto in Christo filio Petro Abbati venerabilis Monasterii Cluniacensis, ejusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Idem in Mat. Hier. Biblioth. Cluniac. col. 1377.

Procurium.

Incomprehensibilis & ineffabilis divinæ miseratio potestatis, nos hac providentiæ ratione in Apostolicæ Sedis administratione constituit, ut paternam de omnibus Ecclesiis sollicitudinem gerere studeamus. Siquidem S. Romana Ecclesia, quæ a Deo sibi concessum omnium Ecclesiarum retinet Principatum, tamquam diligens mater, singulis debet Ecclesiis instanti vigilantia providere. Ad ipsam enim, quasi ad caput & matrem ab omnibus est concurrendum, ut ejus uberibus nutriantur, auctoritate defendantur, & a suis oppressoribus releventur. Condecet igitur, ut Ecclesiis, & venerabilia loca, maxime quæ ad speciale jus, & singularem proprietatem S. Romanæ, cui Deo auctore servimus, spectant, Ecclesiæ specialioris prærogativæ fortiantur honorem, & apostolicæ auctoritatis munimine roborentur. Quamobrem, dilecte in Christo filii Petre Abbas, iustis postulationibus tuis clementius inclinatus, quicquid libertatis, quicquid iustitiæ, quicquid auctoritatis prædecessores nostri, Ecclesiæ Romanæ Pontifices, præsertim apostolicæ memoriæ nom. Gregorius VII. Urbanus, & Paschalis II. discretionis ratione, vestro Monasterio, & locis ad id pertinentibus, contulerunt, Nos quoque presentis decreto auctore Domino confirmamus: In quibus hæc propriis sunt visa nominibus adnotanda, Abbatæ S. Egidii, S. Benedicti super Padum, S. Bertini, S. Wlmarii, Hunolerti, Pontefera, S. Germani Antistiodorensis, S. Mariæ Viraliensis, S. Austremonii de Mautiac, Figiacensis, Viennensis, Menatensis, S. Petri Moysiacensis, Novi-monasterii Pistavensis, S. Joannis Angeliacensis, S. Martialis Lemoviensis, S. Petri Malliacensis, S. Cypriani Pistaviensis: in quibus præter consensum Cluniacensis Abbatis Abbas nullatenus eligatur. De Prioratibus, in Hispaniis Prioratus sanctæ Mariæ de Hazara, S. Ildori, S. Zoili, Villavert, Villafra, S. Salvatoris de Cornillana, S. Martini de Formesta: Obedientia de Astura, Obedientia de Valvert, Obedientia de Pacluntera, S. Martini de Hetta, S. Lizerii de Begorra, Setimont, Elfa, S. Orientis de Auxia, Moyrac, Alayrac, Carennac, Obedientia Bernardi Vice comitis de Boorti, S. Fidii de Morlans, S. Joannis de Gordum, S. Eutropii de Sanctonis, Obedientia de Dulone, Obedientia S. Martini de Axia, Volta Salsinac, Obedientia de Arfolia, Silviniacus, S. Salvatoris, S. Stephani de Hiverno, Leurci, S. Reveriani, Maejurium, Virzejacum, Paredum, Marciniacus, Amberta, Ecclesia de Balbiniaco, Nantholicus, Ginniacus, Ymmunt cum Promilli, Conzi cum Ecclesiis suis, Ecclesia de Rossilione, Ecclesia de Ablaione, Ecclesia de S. Baudilio, Ecclesia de Primafel, Ecclesia de Periac, Ronpont, S. Saturnini Fornacensis, Ponsforges, Podiolenum, S. Marcelli de Salzeto, S. Gallæ, sanctæ Lucie, Canagobia, Valentiola, Rosans, Obedientia de Alaceard, Vigilium, Obedientia de Domna, S. Victor de Geneva, Monasterium de Condaminis, Altapetra, Paterniacum, Romanum Monasterium, Valclusa, Obedientia de Megis, S. Albini de Bassia, S. Maria de Charitate, Donzi, Ecclesia de Petuerio, Novigentum, Longus pons, S. Martini, de Campis, Obedientia Crespei, Afcerez, Abedvilla, S. Cosmæ de Normania, Bogessem, Runilly, Ecclesia de Permis, S. Projechi de Bethurna, Leunum, S. Marghereta, Britinium, S. Petri de Calce, S. Salvii juxta Valentines, Obedientia de Tupim, Confacius, Turris super Marna, S. Theobaldi, de Vitrejo, S. Marghereta Gaya, Villare, Alta-cherica Insula, Cella S. Pancratii de Leguis, No-

ingham, Monacutus, Obedientia de Balma, Castelletum, Roddotium, Ecclesia Ferraria, S. Majoli de Papia, Barefate, Avertemala, Olga, Cantur, Pontida, Figiria, Fontanella, Portefana, S. Pauli de Argona, Provalium, S. Pauli intus lacum, Rodaga, Virgiliana, Quinciana, Mediana, S. Gabrielis de Cremona, S. Marci de Lauda, S. Gregorii de Placentia. In omnibus autem Prioratibus, & Cellis, quæ nunc sine proprio Abbate, vestro regimini subiectæ sunt, nullus futuris unquam temporibus Abbate ordinare præsumat. Liceat quoque vobis seu fratribus vestris in Ecclesiis Presbyteros eligere, ita tamen, ut ab Episcopis, vel Episcoporum Vicariis, animarum curam absque venalitate suscipiant. Quam si committere illi, quod absit, ex pravitata noluerint, tum Presbyteri ex Apostolicæ Sedis benignitate officia celebrandi licentiam consequentur. Ecclesiarum vero seu altarium Consecrationes, ab Episcopis, in quorum, diocesisibus sunt, locorum vestrorum fratres accipiant: si quidem gratis ac sine pravitata voluerint exhibere: alioquin, a catholico, quem maluerint, Episcopo, consecrationum ipsarum sacramenta suscipiant. Neque cuiuslibet facultas sit, aut clausuræ vestri, aut locorum vestrorum fratres pro vivorum seu defunctorum elemosinis iustis, ob salutem datis, inquietare; sed tam virorum quam mulierum oblationes, quæ ad eos afferuntur, in usu servorum Dei pauperumque profectoras recipere liceat. Statuimus etiam, ne cellarum vestrarum ubilibet positarum fratres pro qualibet interdictione vel excommunicatione, divinorum officiorum suspensionem patiantur; sed tam Monachi ipsi, quam & famuli eorum, & qui se Monastica professione devoverunt, clausuram januis, non admittis diocesanis divinæ servitutis officia celebrent, & sepultura debita peragant. Concedimus etiam vobis, laicos seu Clericos seculares, nisi qui pro certis criminibus excommunicati sunt, ad conversionem per loca vestra suscipere. Sane terminos immunitatis loci vestri, qui a præfato antecessore nostro Urbano Papa constituti sunt, presentis decreti nostri paginâ confirmamus: ne videlicet ullus homo cuiuscunque conditionis ac potestatis invasionem, prædam, aut rapinam facere, siue homicidium perpetrare præsumat infra ipsorum limites terminorum. Præterea decernimus, ut nulli omnino hominum liceat, vestrum venerabile Monasterium, & loca ei subdita, temerè perturbare; sed eorum possessiones, & bona cætera, quæ pro animarum salute jam data sunt, vel in futurum Deo miserante donari contigerit, firma vobis vestrisque successoribus, & illibata permaneant. Si qua igitur in futurum ecclesiastica seculari siue persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat; & a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtè ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia æternæ pacis

In quibus si Abbates non assint, nunquam eligendi. In Parochiis per ipsum Abbatem eligendi Presbyteri, qui curam animarum ab Episcopis accipiant: Prout etiam Ecclesiarum ipsarum consecrationes: Omnimoda immunitas & quocunque gravamine: Atque etiam a quocunque Ecclesiastica censura, nisi a Rom. Pontifice illata fuerit. Item & a quocunque molestia, vi &c. Solita clausula.